

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt quartvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

tis patientur exitium, nonnullis orbitatem hæc monstruosa eclipſis
atq; coniunctio indicat.

Alſati. Sueui. Gallici. Vœſtraui. Gaudeñ.

CAPVT SECVNDVM:



Publres habebunt aduerſarios, quos tamen om̄s
uidebūt uario diſcrimine oppreſſos, & circa ue
nereos cultus incontinentes erunt. rixabuntur
mulieres cū uīris ſuis & econuerſo. Difficiles
habebunt nuptias, inhoneſtas, indecentes. aut
enim dabit degenerem uīduā, aut adulterā co
gnitā aut ſterilem, aut graui foeditate deformē,
aut publicæ meretrices uidebūtur in illis partibus, aut apoſtata ſa
cerdotem uel religioſum accipiet mulieres ibidem, aut uīraginē tho
ri copulatione aſſociabit, & inter coniugatos malignæ turbationes
uidebuntur.

*Mulieribus
uero uidebuntur
fugas. ſicut uide
buntur in agro,
ſicut dicitur.*

CAPVT TERTIVM.

Vrbes ſub Romano Imperio.



Remuli erunt corde, trepidantibusq; ueſtigijs
imminentiu culminum metuēt ruinas, Martiſ
tamen ferocitatē perſentient maxime qui duo
decimū gradum ſignatorē habuerint, uīui pluri
mi ex eis exurentur, uel aquis mergent, aut pa
tibulis ſuspendent. A ſeruis & ancillulis eorū
mala percipiet inaudita, ſubſtantia amittentes.

CAPVT QVARTVM.

N

PROGNOSTICVM IOANNIS

Fraconia. Nigrasilua cum Rhenigaudio circa Magunt.



Llis partibus euenient gloriae insignia, ac tripudia, ipsis adueniet substantia magna. eruntque proni ad bella, appodiabunt, fortiores ac animosiores erunt ceteris ad tempus. deponant plura & ipsorum dominia, aut ex dignitate, officijs, & administrationibus cum honoris iactura deponent, & multi in his terris casum ab alto sentient & praecipitium.

CAPVT QVINTVM.

Vrbs Treuerica, & Mosella cum Vuestervualt, Hundsruck.



Mltarum scientiarum secreta, inuestigatione assidua perquirentes, subtilique artificio pollentes in istis locis. Sed multi dignitatis iacturam patientur, & eorum dominia siue praelationes si habuerint, amittent. Et si malignos aliquos homines omnia negotia prospero euentu complere faciet, tandem tamen in praecipitium & malae mortis exitium dabit, nisi claris aliquibus stellis regali maiestatis radicatione praefulgidis protecti fuerint.

CAPVT SEXTVM.

Francia.

Picardia cum adiacentibus.



Vni miseris calamitatibus mortis patienti incommoda, sicut imbecilles & debiles epilectici, quoque caduca mentis uitio laborantes, absconsi laboris tormenta patientur. multi paralitici, multi leprosi, exulcerata macularum labe possessi. Acerbos oculorum labores & dolores indicit, cum morte